

tatur, ignorans ipse qua via ingrediatu ad salutem. Quod seculi etiam alii Patres, finem esse christianae sapientiae volunt introire in intimos animi sinus, ibi appetitione ad rationis dominatum adjungere, impium scelus vi mentis et divinae gratiae superare. Quod magnus Ecclesiae veteris Conciator ita celebravit *Eccl. vii, 20*: « Sapientia confortavit sapientem supra decem principes civitatis; » in Graeco est, *sapientia beatissima, juvenis; praesidio erit, vim et robur conciliabit homini plus quam magna multitudo dynastiarum et principum civitatis, qui alioquin potentissimi inter suos et generosissimi esse videantur*. Eximie rem illustrat Chaldea paraphrasis in hunc modum, *sapientia auxiliatur sapienti, qui subegerit concupiscentiam malam, ideo ut non peccet magis quam decem imperatores qui fuerint in civitate*. Et nescio an huc intuebatur S. Augustinus lib. I *De Sermon. Dom. cap. vi*, sed profecto paria dicit: « Sapientia, inquit, est contemplatio veritatis pacificans totum hominem, et suscipiens similitudinem Dei. » Praeclare homo in luce veritatis se atque sua cognoscit, clara victoria concupiscentiam subigit, turbulentos animi motus et perturbationes coarctet, inde iuncta pax consequitur, et gratia, et virtutum vivi et eximii colores, qui Dei similitudinem expriment, qui mihi gradus vere sapientiae luminosus et expetendus omni studio videtur. Sed D. Paulus ipse sapientiae florem esse putat in cognoscendo redemptionis opere et percipiendis vite Christi mysteriis; quam *sapientiam in misterio* vocat nimium arcanam, neque mundo cognitam, propriam autem filiorum Dei: itaque I *Corinth. ii, 7*, de se aiebat, et profitebatur se nihil sapere, nihil scire, « nisi Jesum Christum crucifixum; » hanc esse nobilissimam partem et colophonem vere sapientiae, in qua primi religionis satores apostoli excellere pulchrum putarunt, hanc se docere et loqui inter perfectos. In cruce pulpitem inveniebat, et suggestum eruditionis honoratum, in quo iustis quam in sepulcro Pherecydae Syri elogium illud magnificentum inscriberetur: *Τῆς σοφίας, χάριτος, ἐν ἡρώδῃ, ἐν με ὅμοιας, ἐν ἐμοί*. In mirandis Christi operibus et vite cursu videbat scholas continua sapientiae voce resonantes,

dominum rationis,

contemplatio veritatis,

Sapientia in misterio est Christi crucifixi.

Cruce cathedra sapientiae christiana.

Doctrina sapientiae

que doceret humilitatem animique demissionem esse Deo charam et pretiosam; questum magnum esse pietatem cum sufficientia, pauperiam esse anteponendam opibus et suppellectili conquisitae; esse gloriosum Dei causa contumeliam pati; magni esse animi indicium donare iniurias, non ulcisci; ante oculos semper habendam esse Dei voluntatem, illam sequendam, et vel dispendio vite suae obedientiam illi prestandam, quam ipse mundi liberator cibum suum esse aiebat; delicias et corporis voluptates, et mundi pompam ambitionemque fugiendam, unde funestae saepe clades et humanae salutis ruinae sequerentur; nihil esse beatius quam pura frui conscientia, quam nullus peccatorum nevis commaculet; hic laborandi et patiendi campum et palaestram esse, post hanc vitam gloriarum esse tempus et premiorum; brevi vita emi posse felicissimam immortalitatem. Haec et alia infinita cum D. Paulus in excedris illis sapientiae meditando cognovisset, atque alie in animum demisisset, ardebat incredibili desiderio Christum Jesum imitandi, et rapere omnes secum eo cupiebat *Hebr. xii, 13*: « Exeamus, inquit, ad eum extra castra inproperium eius portantes. » O ardorem! o mysticam et praestantissimam theologiam, laureis baccis et amarantina corolla dignissimam! o sapientiam vere celestem, quam filii huius saeculi opinantur stultitiam! ita est, inquit idem magnanimus Paulus I *Cor. iv, 10*: « Nos stulti propter Christum. » Quinam illi? apostoli primum, deinde apostolici viri, pii denique omnes christiani; et usque nunc vere sapientiae amatores, non discipuli mundi, sed Dei, sacram insaniam insanunt; dicere enim cum rhethore graeco *χρηστή μανία, auream insaniam*: est enim quedam insaniam sanctorum, que magna sapientia est, quam D. Ambrosius in *Psal. xxxix, veram insaniam* appellat; cum in mundanis sint « false insaniam, » ut regius vates meminit *Psal. xxxix, 3*. Doctor gentium I *Corinth. i, 25*, vocat « stultum Dei, quod sapientius est hominibus. » Sed merito sim longior, si modos omnes recenseam, quibus coelestem litterarum monumenta aut divini Patres de sapientia locuti sunt: quos fusi recenset Cresollus noster in *Anthol. cap. vi*, unde haec compendio depraemia.

christianae quatuor.

Christi sapientia mundi stultitia.

CAPUT VIGESIMUM NONUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Job ut refellit iniquiter affecta sibi ad Eliphazo scelerata, sigillatim recenset virtutes suas, quibus ad adolescentiam perpetuo emicuit; sed qua iam defectu virium et mediocritate multitudinis miseriarum occultabatur: unde optat pristinae restitui felicitati, quo rursus palam innotescant.

1. Addidit quoque Job, assumens parabolam suam, et dixit: 2. Quis mihi tribuat, ut in sim iuxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me: 3. Quando splen-

debat lucerna ejus super caput meum, et ad lumen ejus ambulabam in tenebris: 4. Sicut fui in diebus adolescentiae meae, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo; 5. quando erat Omnipotens mecum, et in circuitu meo pueri mei; 6. quando lavabam pedes meos butyro, et petra fundebat mihi rivus olei; 7. quando procedebam ad portam civitatis, et in platea parabant cathedram mihi? 8. Videbant me juvenes, et abscondebantur: et senes assurgentes stabant. 9. Principes cessabant loqui, et digitum superponebant ori suo. 10. Vocem suam cohibebant duces, et lingua eorum gutturi suo adhaerebat. 11. Auris audiens beatificabat me, et oculus videns testimonium reddebat mihi, 12. eo quod liberassem pauperem vociferantem, et pupillum, cui non esset adjutor. 13. Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduae consolatus sum. 14. Justitia indutus sum: et vestivi me, sicut vestimento et diademat, iudicio meo. 15. Oculus fui caeco, et pes claud. 16. Pater eram pauperum: et causam quam nesciebam, diligentissime investigabam. 17. Conterebam molas iniqui, et de dentibus illius auferabam praedam. 18. Dicebamque: In nitido meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies. 19. Radix mea aperta est secus aquas, et ros morabitur in messione mea. 20. Gloria mea semper innovabitur, et arcus meus in manu mea instaurabitur. 21. Qui me audiebant, expectabant sententiam, et intenti tacebant ad consilium meum. 22. Verbis meis addere nihil audebant, et super illos stillabat eloquium meum. 23. Expectabant me sicut pluviam, et os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum. 24. Si quando ridebam ad eos, non credebant, et lux vultus mei non cadebat in terram. 25. Si voluissem ire ad eos, sedebam primus: cumque sederem quasi rex, circumstante exercitu, eram tamen merentium consolator.

**VERB. 1.** 1. ADDIDIT QUOQUE JOB ASSUMENS PARABOLAM SUAM, ET DIXIT. — His verbis insinuat Jobum aliquantulum tacuisse, ut amicis, si vellent, locum dicendi concederet, at eum nihil reponeret, ad praesentiam suam miseriam amplius exaggerandas, prospere, quae olim usus fuerat, fortunam, in memoriam revocasse: nam miserum profecto est homini calamitose felicem fuisse, ea de causa quam tradit Euripides:

Calamitose miserum est felice.

Καταμύθιο δὲ ποτὶ μακαρίω ποτὶ  
 Αἰ αὐτοβόλα λυπηρῶν · ἧ δ' αὖτις κακῶς  
 ἔστ' εὐδὴν ἀγχι στυγερῶς δὶστρονος ὄρω:  
 Titulum best qui tolli fati vices  
 Hanc facile tolerat. Non dolet quisquis malis  
 Saevis miseriam verit in mores suos.

Job pristinam optat felicitatem sibi restitui.

**VERB. 2.** 2. QUIS MIHI TRIBUAT, UT SIM IUXTA MENSES PRISTINOS, SECUNDUM DIES QUIBUS DEUS CUSTODIEBAT ME? — Prima quidem specie hic videtur Job tempus praeteritum desiderando dolere quod Deus mutavit ipsius conditionem, et pro eo quod olim ipsum rebus prosperis florentem reddiderat, nunc eum tam asperis affligat; sed haec non est ejus

mens et scopus: dirigit enim sermonem suum ad eos qui male de ipsis afflictione judicabant, non secus quam si homo quispiam a Deo reprobatus esset; vult igitur ostendere illos perversum iudicium habere, eo quod illa dumtaxat quae in sensu incurunt intuentur, nec longius respiciant. Jobus autem (sicut in conclusione videbitur) ostendit, si ex rebus externis de ipso iudicium esset faciendum, prosperitatis suae tempus potius respiciendum fuisse. Observemus igitur hic nequam Jobum indignari aut lamentari, quod videat se bonis sibi a Deo olim datis spoliatum, sed potius adversarios redarguere, ostendendo eos male in iudicio, quod de ipso faciebant, procedere, eo quod ex status mutatione, quam in ipso animadvertiebant, eum pro homine penitus damnato haberent, nec ejus temporis, quo olim ipsum tanquam eximium aliquem et selectum virum reveriti erant, meminissent. Ad antiquum igitur felicitatis suae statum merito sic aspirat, q. d. O nitidam ad pristinam meum statum reverocare, in quo innocenter mihi vita fuit, et a culpis remotior: nam insana haec calamitas irritamentum mihi est ad delinquendum; longius sane a vitis aberam cum regno et opibus florebam, « in quibus Deus custodiebat me, » id est, ut S. Thomas exponit, *promovebat me, scilicet opes augendo, meque ad honores in dies promovendo, et novis fortunae accretionibus felicitando, ita ut ipsamet felicitas mihi custos foret sanctitatis*. Neque hoc est insolens in Scriptura, siquidem *Gen. ii, 15* « tulit Dominus Deus hominem, et posuit eum in paradiso

Felicitas aliquando custos est vitae.



atrum adiutorii, quasi dicas auxiliatorum; idemque...
Deus erat in tabernaculo meo, » significat secre-

Interior
conversatio et se-
cretus
cum Deo
agendi
modus.

Ceterum ille dicendi modus : « Quando secreto
Deus erat in tabernaculo meo, » significat secre-

Homo est
in ta-
bernacu-
lum.

Huc velerum vatam predicationes referendae
sunt, cum moment quosdam « redire ad oor, »

Cor dig-
nitur de-
minis
principa-
lia.

Vates regis medium domus hieroglyphice nomi-
navit Psalm. c. 2 : « Perambulabam in innocen-

In caelo VII, 1 : « Ingrederere tu et omnis domus tua, » sic

loquitur : « Hoc dicit Dominus justo : Intra tu, hoc
est, intra teipsum, intra tuam mentem, in tua
anima principale : ibi salus est, ibi anime guber-

Deo Deo
conver-
sationam.

Secreta-
rium
conscien-
tia.

Vers. 5.

8. QUANDO ERAT OMNIPOTENS MECUM, ET IN CIRCU-
ITU MEO PUERI MEI? — Explicatio est versus proced-
entis, neque enim videtur aliud, secreto esse

Deus
erat cum
Jobo
quando
ejus
commo-
dus in-
vigilabat.

Patres
debet
esse cen-
trum &
liorum.

ita totus pater debet omnibus filiis et totus singulis
instruendis occupari. Tertio denique, quia sicut
omnes lineae in centrum, ita filiorum mores in
parentum incurrunt, seu illis omnino conformantur.

Fili Jobi
erant
paterna
pietatis
imitato-
res.

Parentum
scilicet
eritium
divinum
concordia
honora-
tur.

Quo mystice spectat illud Psalm. CXXVII, 3 : « Filii
tui quasi novellae olivarum in circuitu mense
huc, » quasi coelestis vivificique sacrificii mensa
non adeo grate capiat parentes, qui sine filiis suis
accedunt. Quis negat parentibus dulciores esse
dapes in mundialibus conviviis, cum epularum
consortes habeat filios in circuitu suo? Id sciens

vide plura de recta liberorum institutione cap. 1,
13 et seq.

6. QUANDO LAVABAM PEDES MEOS BUTYRO, ET PETRA
FUNDEBAT MIHI RIVOS OLEI? — Est melalopsis, q. d. Quo sen-
tu dica-
tur Jobi
lavasse
pedes sua-
tyra.

Floreta
Butyri e
lactis de
lactis
summa:
desi-
gnant.

Butyr
est cy-
bolus
pingue
dinis h
norm
operum

Tropologicae S. Gregorius lib. XIX Moral. cap. x :
« Butyro, inquit, pedes lavantur, quia predica-
tores sancti bonorum operum pinguedine replen-
tur : etenim vix ipsa predicatio sine aliquo transi-
tur admissio, nam quilibet predicans aut ad
quantulumcumque indignationem trahitur, si con-
temnitur; aut ad quantulumcumque gloriam, si
ab audientibus veneratur. Unde et apostolus pe-
des loti sunt, ut a quamlibet parvo contagio in
ipsa predicatione contracto quasi a quodam it-
nere collecto pulvere mundarentur. Pedes ergo
lavantur butyro, quia pinguedine boni operis in-
funditur atque mundatur collectus pulvis de glo-
ria predicationis. Vult certe butyro pedes lava-
tur, dum sanctis predicatoribus debita ab au-
dientibus stipendia conferuntur; et quos fatigat





nis suae ad peccata nudam relinquebat. Pulchre profecto vestes, quibus primus parens noster Adam e manibus sui creatoris exivit indutus: praecura enim dixit S. Bernardus serm. 4 De Annuat.: « Videre mihi videor, dilectissimi, quatuor virtutibus his amicum primum hominem ab ipso suae creationis exordio et vestimento salutis indutum. » Per quatuor autem virtutes, misericordiam et veritatem, justitiam et pacem intelligit, de quibus regius vates conceitavit Psalm. LXXXIV, 11: « Misericordia et veritas obviaverunt sibi, justitia et pax osculatae sunt. » Virtutes itaque vestes animae sunt: nam sicut vestis non est aliquid naturale nobiscum exoriens (nudus enim egressus sum de utero matris meae, inquit Job cap. 1, 21, et nudus revertar illuc,) sed extrinsecus corpori adhaerens: ita virtus non est cognata homini in iniquitatibus concepto, et in peccatis in lucem edito, sed Dei munere, labore nostro cooperante acquisita. Vestis ad operiendam nuditatem et fovendum corpus inventa est, et virtus ut ignominiam nostram cooperata data est, et ut animam defendat et foveat: et si illa corpus exornat, et aliquando hominis aut staturam aut munus aut dignitatem demonstrat; haec mentem venustat, et quis sit justus ac Dei filius convenienter ostendit. Sed quare iudicium istud diademati comparavit? nempe quod in eo semper retributionis aeternae quasi fundet: quisquis enim in huius vite mortalis deorsu adversus semelipsum iudex intermissus est, et delicta vindicat, cum ad aeterni iudicii subsellia pervenerit, remuneratorem experietur, coronabitur ab eo, et non plectetur. Quod cum Jobus optime nosset, fidenter attestatur iudicium sibi in diadema conversum iri; uti pulchre his verbis Gregorius lib. XIX Moral. cap. XVI declarat: « Justorum iudicia recte diademati comparantur; quia per magni operis gloriam ad retributionis ducunt coronam. »

**VER. 15. OCVLVS FVI LECO ET PES CLAVDO.** — Non dicitur caeco se ducem praebuisse, qui illum duceret; nec caeco et claudo baculum ministrasse, cui adhaerens incederet; sed caeco se fuisse oculum et claudo pedem: ita enim exacte et perfecte eorum defectum supplebat, ut oculus et pedes ipsis carentibus restituere videretur. Hinc his, qui vel ignorantia vel imbecillitate iudicii quasi mentis oculis capti sibi ipsis consulere non valebant, aderat sapientis et fideli consilio; et qui propter inopiam facultatum vel amiorum penuriam claudorum instar progredi et expidire sua non poterant, eorum ipse negotia promovebat et confecta dabat.

Observandum hie, principem ita reipublicae caput esse debere, ut et oculus caecorum et pes debiliun plerumque fiat: mirifice quippe haec officia dignitati supreme congruunt, cum inter mortales onus reipublicae administrandae ita principi imponitur, ut pondus gestare, non excutere ac proculcare debeat. Allegorice S. Gregorius lib. XIX Moral. cap. XIV, hunc versum ad S. Ecclesiam ty-

picam interpretatione sic refert: « Ipsa est, inquit, oculus caeco, quia per verbum luget: ipsa pes claudis, quia per adiutorium continet: caecus enim praedicando illuminat, claudos vero opitulando sustentat: caecus quippe est, qui adhuc quo pergrat non videt; claudus autem est, qui non potest ire quo videt: crebro namque peccatum aut ignorantia aut infirmitate perpetratur, et vel nesciat homo quid velle debeat, vel non omne quod voluerit possit, » etc.

**16. PATER ERAM PAUPERUM: ET CAUSAM QUAM NESCIEBAM DILIGENTISSIME INVESTIGABAM.** — Egenium Job ait se fuisse patrem, quia in ipso egenes non affectum duntaxat patrum, sed vere paternum experiebantur, aequae eis faciebatur ac filiis, eorumque inopiam subleabat non minus quam si pater illis fuisset; non ut alii passim homines, qui etiam misericordes audiunt, qui caeco alieni mendico donae ad summum dipundios erogant, et claudos forsitan quadrantem impertiunt, et non raro etiam bene precando inanem dimittant; ille vero tantum eis impertiebatur, ut illius potius illi videretur quam mendici: « Pater, inquit, eram pauperum. » Non largitor solum, sed pater. Dormit filius in utramque aurem, et pater in lecto jacens hinc illuc se convertens dormire nequit, curis filiorum excitatus. Sic Job cum pauperes ipsi dormirent, ipse vigilans cogitabat, quomodo orphano illi favere posset, quomodo viduae illi remedium praestaret, quomodo xenodochio lectulos et necessaria sufficeret. Talis est Psalm. XL, 2, « qui intelligit super egenum et pauperem; » de quo pronuntiat Propheta beatum esse, quia beatorum et praedestinatorum hic affectus proprius est. Pulchre ad hunc locum S. Gregorius lib. XIX Moral. cap. XIV: « Plerumque, inquit, multa homines pauperibus largiuntur, non quia eosdem pauperes diligunt, sed quia si minime tribuant, iram supremi iudicii formidant: qui si Deum non metuerent, quae habent dare nolissent. Quia igitur aliud est bonum opus ex praeecepto, aliud vero ex affectu facere, sanctus vir, ut mentem nobis suae operationis insinnet, dicit: *Pater eram pauperum*: non enim patronum se, vel proximum, vel adiutorem pauperum, sed patrem fuisse testatur: qui mirum magno charitatis officio studium misericordiae vel in affectum nature, ut eos quasi filios careret per amorem, quibus quasi pater praererat per perfectionem: sic ille. Ex cuius doctrina constat, quae mente Christus nos securos reddere voluerit, nihil omnino defuturum his qui patrem habent Deum, quando ipse sollicitus admodum de filiis et quaerit sollicitudine amoris et impuditor parentis affectu omnia necessaria.

Hanc opinor ob causam nostra mater Ecclesia ad Deum Spiritum Sanctum in Sequentia Missae Petreos veluti titulo gloriosissimo *Patrem pauperum* indigitat; de quo David, cum arcana summe mentis insueta luce pertigisset, mira cecinit, atque in primis illud in hymno *πρωτογενίῳ* magnificentium

**Ver. 11.**  
pater  
pauperum  
erat.

**Jobi pro**  
pauperibus  
solvenda.

**Psalm. cxxvi, 31:** « Adstetit a dextris pauperis: » pictura est Davidico penicillo digna: facit pauperem tuto et beate gradientem, *adstare autem a dextris* Deum ut hyperasipsten, fidum armigerum, fortissimum invictumque lateronem, qui opposito scuto amoris providentiae suae defendat pauperem: *vel adstare a dextris* etiam dicitur, *felix augurium*, omen salutare, certum auspiciun secuturum felicitatis, qui pede dextero, ut alexiacus quidam Herules et sospitator accedat; *vel adstare a dextris*, ut qui manus habet aureas plenas hyacinthis, in dexteram inopis dona sua et copiae cornu injecit; *vel denique a dextris*, ut pauper per se nudus, spoliatus et egens, qui imbecillitate sua corruat, imposita velut in humeros manu illo ipso nitatur, qui portat orbem. Sed idem ipse purpureus Cantor aliam quamdam pingit imaginem ad eandem rem significandam: vult enim ut mense apparatus cogitemus pontificum canis ditionem, sedere autem inopem, ministrare Deum, generaliter illum suavissimeque veseentem, hunc laetitia laute suggerentem; et ad picturam addit hoc epigramma *Psalm. LVIII, 11:* « Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. » Quae omnia eo tendunt, ut intelligamus, beneficentissimum Deum gere maxime eorum hominum curam, et providentissimae illis prospicere, qui angustia rei familiaris, inopia et mendicitate premuntur. Quod decus B. Numinis, quantum mortalis potest, imitari Job voluit, qui *patrem pauperum*, quam Idumaea principem, aut, ut eum quidam vocant, *regem regum*, appellari se malebat. Sequitur:

**ET CAUSAM QUAM NESCIEBAM DILIGENTISSIME INVESTIGABAM.** — Non sane quiescebat in throno apparato sibi, in circumstante satellitio; sed et tunc totus erat in pervestigando oppresso, et ibat investigans, si quis miser jaceret, cui opem praestaret suam: « Neque enim expectabat, inquit S. Chrysostomus in *Caten. Graec.* dum ad eum il, quibus facta erat injuria, accederent; verum ipse praeventens lustrabat omnia, eos quaerens qui lesi essent injuria; nec quoquomodo querebat, sed multa adhibita vigilantia: nec enim dixit: *Quaesivi*; verum: *Causam quam ignorabam investigavi*, scrutatus sum; studiosus disquisivi, omnia movi, ut calamitosos reperirem, neve quispiam violatus injuria uspiam lateret. Genus praefectura vides, » etc.: hanc sibi praefecturae doctrinam ebibant omnes principes, persuasi se inter universas principatus glorias hoc semper debere agitari stimulo, hanc sollicitari cura, quae omnia praevertant, omnia moveant, nec lateat vel unus miser, sed quisquis sit, ad remedium possit reperiri. Vere regius ille Theodori animus, qui aiebat apud Cassiodorum lib. III *Variar.* cap. XX: « Inter gloriosas reipublicae curas, quas perpeti cogitatione Deo auxiliante revolvimus, cordi nostro est levamen humilium, ut contra potentiam superborum nostrae pietatis erigamus obstaculum; nec liceat quidquam apud nos audaciae, cuius est propositi su-

**Summa**  
Dei in  
pauperes  
liberalitas.

**Jobi**  
summa  
diligentia  
in  
causis  
miserorum  
investigare  
disproportionate  
dis-

perba calcare. » Vere rex est et vere princeps, quem totum minime occupant gloriose reipublicae curae, sed inter gloriosas scit sollicitari nulli cuiusque cura, qui causam quam nescit non solum interrogat, sed diligentissime investigat.

Proh Deus immortalis! si reges non ad vestigia attenderent, quot fallaciarum abscondita etiam in his qui sancti et sinceri videntur deprehenderent: ut regina erat, et uxor regis illa, cui dictum est *Cant. 1, 7:* « Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, et abi post vestigia gregum, » etc. Consulius videretur esse reginae ad depellendam ignorantiam, si interrogat sapientissimos sui gregis, et ad eorum dicta prudentesque sermones attenderet: at non dicitur illi ut interroget, nec ut attendat ad verba, sed ut vigili cura abeat post *vestigia gregum*. Et fallar, nisi universas ignorantias et errores depellat rex, qui paulisper surdescens ad verba multum vigilat ad suorum vestigia deprehendendam. Pulchre Sidonius Apollinaris lib. V *Epist. 7*, gloriorari se hunc homines deprehensos, et regi et regno valde infensos: « Indagavimus, inquit, qui germani tui et novi principis amicitias criminarentur; si tamen fidam sodalium sagacitatem clandestina delatorum non fefellerit vestigia; hi sunt quos haec peculiariter provincia manet, inferre calamitas, deferre personas, afferre minas, auferre substantias: quorum si nares afflaverit uspiam rubiginosi auram marsupii, confestim videbis illic et oculos Argi, et manus Briarei, et Spingarum unguis, et perjuriam Laomedontis, et Ulyssis arguitis, et Sinonis fallacias adhiberi. His moribus obruunt virum non minus pietate quam potestate praesentem. Ad quorum consilia Phalaris crudentior, Midas cupidior, Tarquinius superbior, Nero impurior, Domitianus truculentior redderetur. » Expende unde potuerit bonus regis amicus has cognoscere regni pestes; nimirum ipse ait, « fidam sodalium sagacitatem clandestina delatorum non fefellerit vestigia. » Dum ipsi multa apud regem commissurantur, blandisque verbis et zelo plenis obruunt virum, bonus indagator Sidonius non compositis hominum orationes attendit, sed peridos sodales eorum, nititur clandestina indagare vestigia: si quis quibus homines inveniunt perdissimos, illis quae moribus compositis, qui procul dubio perderent et regnum et principem. Quo refert Rodolphus gloriam regum, de qua Salomon ait *Proc. XXV, 2:* « Gloria regum investigare sermonem, » quasi inde gloriosi reddantur reges, quod non haerent in blandis compositisque sermonibus ministrorum, sed insuper investigent, hoc est, eorum vestigia attendant, clandestinasque eorum semitas speulentur. Quod faciebat Job cum ait: « Causam quam nesciebam diligentissime investigabam: » non ait diligentissime *interrogabam*, sed *investigabam*: ut enim bonus canis venaticus non tam ad voces quam ad semitas, quam ad vestigia attendebat.

**Reges**  
non tam  
ad verba  
quam ad  
vestigia  
suorum  
attendunt.